

Dum studiosi hic descriptam petitionem credentes, neminem esse in cella Schvarz, alta voce legerent subscriberentque, Professor *Gruber* et Musicus *Hailer*, de conventu studiosorum, ut videtur, admoniti, in cella dicti *Schvarz* se occultaverunt et omnia auscultaunt. Ira incitati magno cum strepitu inopinantibus et perterritis studiosis, fragendo tabulam ad studiosos exeuntes, eos non parum increparunt, contententes, studiosos scripturam hanc statim aut lacerare aut illis tradere debere. Ast illi neutrum fecerunt, et constanter negantes id eos facturos post longas rixas ad studia se contulerunt.

Cum *Gruber* eadem die hora 4. scholas haberet, dixit: warum seydh ihr mir heute so grob begegnet? Quo dicto respondit unus ex eis nomine *Sgier*:¹⁴⁾ Verzeihen Sie, Herr Professor, Sie sind uns zuerst mit Grobheiten begegnet. Quo audito *Gruber* reposuit: nisi mihi satisfactionem dederis, scholas vobis non amplius habebō, eoque dicto in cellam suam ivit. Voluisset quidem *Sgier* Professori *Gruber* satisfacere, caeteri autem condiscipuli id facere nullatenus permiserunt dicentes: ille potius nobis quam nos illi pro illata injuria satisfacere debet. Videns *Gruber*, *Sgier* ipsi non satisfacisse nec satisfacere velle, sequenti die 22. hujus *Rectori* hunc in modum scripsit: nisi studiosi pro illata injuria mihi fecerint satis, honor meus non permittit, acroasin facere, quo Scripto clausa janua detractaque clave discipulos cellam praelectionibus deputatam inire non permisit. Quamquam *Rector* tam nominatum *Sgier* quam caeteros ejus condiscipulos admonuit, ut muneris suo satisfaciant, illi tamen ad hanc admonitionem jussuque juraverunt, se potius institutum deserere quam satisfacere, et die 23. Professori *Gruber* hunc in modum rescripserunt:

Hochgeachteter Herr !

Ganz unerwartet sagt uns der Herr Rektor, dass Herr *Gruber* vom *Sgier* Genugthuung verlange; wir sind aber einverstanden gemeinsam zu handeln, und bitten Sie also von allen Genugthuung zu verlangen. Vorerst aber möchten wir wissen, weswegen Sie diese verlangen; denn wir glauben, dass folgende zwei Punkte uns entschuldigen können:

1. Können wir das Benehmen, wie Sie uns im Zimmer überraschten, durchaus nicht genehmigen. In den Schulen der Schweiz ist man gewohnt, ohne die Erlaubnis eines Lehrers oder gar eines königlichen Eleve einen Brief zu schreiben. Wäre das in der Kantonschule zu Chur geschehen, so — ¹⁵⁾